



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Cap. 1. De Deposito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

LIBER XXXVIII.

CONTRACTVS GRATVITI.

CVM volum. 1. de contractibus in communi differuerimus de contractibus in particulari inchoanda tractatio. In primis verò agendum de Gratuitis, siue lucrativis, qui simpliciores sunt, ac faciliores. Sunt autem quinque: Depositum, Donatio, Commodatum, Precarium, ac Mutuum. Vbi de Usura, Testamentis, ac Codicillis materia elucidantur.

SECTIO PRIMA.

De contractibus Gratuitis Receptiores sine lite Sententiæ.

CAPVT I.

De Deposito.

1
Deposit
definitio

DEPOSITVM est contractus? Quo sola rei custodia alteri committitur, ut ipsa res integra restituantur. In hoc contractu non transferitur dominium, neque ususfructus in depositarium; sed sola rei custodia ei committitur: unde ex hoc differt à mutuo, & à commodato. Vlpianus lib. prim. ff. depositi. Reginaldus l. 25. numer. 556. Sylvest. v. Depositum, num. prim. Lessius lib. secund. cap. 27. dubio primo.

2
In triplici
casu potest
depositarius
bona fide existimare,
domino id non dis-
plicere. Tercius, quando depositum est res usu
consumptibilis, & depositarius certus est, se,
cum depositum repetatur, paratum habiturum
tantumdem eiusdem mensuræ, ac bonitatis.
Extra hos casus depositum alienans, furtum
committit, & ad restitutionem damni tenebitur.
l. si seculum, ff. depositi. Laym. lib. tertio
sect. 5. v. alt. 4. cap. 25. num. 3. Manu. tom. prim.
sum. c. 72. n. 6.

3
Duplex est
Indiciale
& Præiudiciale
Depositum, quoddam Indiciale, quoddam Præiudiciale, cum res aliqua litigiosa sub hac conditione depositario traditur, (vocatür sequestrum) ut eam custodiat, & retineat, donec ex litis decisione constet, cuiusnam cum suis fructibus debeat. Præiudiciale verò est, quod simpliciter sit custodia gratia apud quemcumque privatum, de cuius fidelitate confidimus. lege licet, ff. depositi. Garzias de controuers. cap. secund. numer. 3. Azor. tom. tertio lib. 7. cap. 7. quæst. 7. Molina. tom. 2. de iustit. disputat. 526. & 522.

Possunt esse depositarii omnes tam masculi, quam foeminae, qui rationis usu pollent. Si Omnes pupillus sine tutoris autoritate depositum suscipiat, licet res repeti, seu vindicari possit illa pereunte, non amplius obligatur pupillus quam unde ditior est factus: Religiosus haud rectè facit, si munus depositarii suscipit absque prælati facultate: tamen Monasterium non tenebitur, si res deposita etiam dolo Religiosi perit, vel absumpta fuerit, nisi quoties in eius utilitatem aliquid verum fuerit. Idem dixerit de Ecclesia respectu beneficiarii. Quando autem Ecclesia, aut Monasterium depositum suscipit, v. gr. Prælatus cum capituli consensu, tunc sicut alij depositarii obligabitur. Bonacin. de contr. d. 3. q. 14. pun. 2. Azor. parte tertia lib. 2. capite tertio Lessius lib. secund. capite 27. dub. 3. num. 12. Filliuc. tract. 34. c. 1. n. 8. Sylvest. v. Depositum numer. 3. & 4.

Res, quæ deponuntur, vel sunt mobiles vt vestis, Liber, &c. vel se mouentes, vt Quammos, equus, &c. Potrò res mobiles, aut sunt ordinarij usu consumptibiles, vel non. Consumptibiles res deponantur vt pecunia, vel alia res in mensura, aut in pondere consistentes, vinum nempe, frumentum, æs, plumbum; vsu non consumptibiles sunt libri, arma, vestes, &c. Pecunia vero vel est numerata, vel non numerata, sed obsignata, clausæ sacculo, & deponitur, vt eadem numero reddatur, vel vt alia eiusdem speciei, & in æstimatione, vsuque æqualis, Azor. parte tertia lib. septimo cap. 4. Lessius l. secund. cap. 27. dub. 1. numer. tertio Molina 10. secund. d. 522. Sylvest. v. Depositum.

Ad quatuor obligatur depositarius ex depositi contractu. Primo, rem apud se depositam custodire ea fide, ac cura, qua res assolet suas, tuor obligatur. Secundo, regulariter rem depositam reddere abique mora, quando dominus illam repetierit. Tercio, rem depositam reddere in eo statu depositi in quo eam suscepit. Quarto, non potest rem

ELSCOBAR
Theob. Mor.
Tom. VII. II.
E. IV.

